

nostris¹ sedem nominis² et regni dignitatem suscepimus et coronam³. Nunquam enim ante tempora Constantini Silvester⁴ regale aliquid⁵ habuisse dinoscitur⁶, sed eius pietatis concessione pax reddita est ecclesie, libertas restituta⁷, et quicquid hodie⁸ papatus vester regale habere dinoscitur⁹, largitione principum obtinet. Unde¹⁰ cum Romano pontifici scribimus, iure et antique¹¹ nomen nostrum vestro¹² preponimus, et¹³ ad iustitie normam eidem nobis scribenti idem facere¹⁴ concedimus. Revolvite annales et, si lectum neglexistis, quod asserimus illic¹⁵ invenitur. Ab his autem, qui dii sunt per adoptionem et¹⁶ regalia nostra tenent, cur homagium et regalia sacramenta non exigamus, cum ille noster et vester verus¹⁶ institutor¹⁷, ab homine rege nichil accipiens, sed¹⁸ omnia bona omnibus conferens, qui pro se et pro¹⁹ Petro census cesari persolvit et exemplum dedit vobis, ut et vos²⁰ ita faciatis, doceat²¹ vos ita dicens: 'Discite a me quia mitis sum et humilis corde'²². Aut igitur episcopi²³ regalia nobis dimittant aut si hec sibi²³ utilia iudicaverint, que dei deo et²³ que cesaris sunt²³ cesari reddant²⁴. Cardinalibus utique vestris clause sunt ecclesie et²⁵ non patent²⁶ civitates, quia non videmus eos²⁷ predicatorum, sed²⁸ predatores, non pacis administratores²⁹, sed pecunie raptorem, non orbis corroboratores³⁰, sed auri³¹ ultra modum³² insatiabiles corrosores. Cum³³ viderimus³⁴ eos, quales³⁵ requirit ecclesia, portantes pacem, illuminantes patriam, assistentes³⁶ cause humilium in equitate, necessariis eos stipendiis et comITU³⁷ sustentare non differemus. Humilitatis autem, que custos est virtutum, et mansuetudinis vestre non minimam notam incurritis, cum huiusmodi questionum religioni non multum conferentes secularibus personis proponitis. Provideat itaque paternitas vestra, ne, dum talia monet³⁸, que digna non³⁹ ducimus, offendiculum ponat illis, qui velut ad imbrem serotinum⁴⁰ ori vestro aures

1) fehlt 1. 2) 'sed. nom.' fehlt 2. 3. 3) 'honorem' 3. 4) 'Nunquam enim Silv. ante largitionem Const.' 1, 'Numquid tempore Const. Silv.' 2, 'Nusquam enim' 3. 5) 'regalis' 2. 6) 'invenitur' 1. 7) 'lib. data est eccl., pax reformata' 1, 'lib. concessa est eccl., pax rest.' 2. 8) 'quicquid regalis pap. vest. hab.' 2. 9) 'videtur' 1. 10) 'Quapropter' 1. 11) 'et ex antiquo' 2. 12) 'nost. vest.' fehlt 2. 13) 'et ad—illic invenitur' fehlt 3. 14) 'idem facere' fehlt 2. 15) fehlt 1. 16) fehlt 2. 17) '... utor' 1. 18) 'et' 3. 19) fehlt 1. 2. 20) 'et vos' fehlt 2. 21) 'docet' 2. 22) Matth. XI, 29. 23) fehlt 2. 24) 'restituunt' 1, 'persolvant' 2. 25) 'ut' 3. 26) 'pateant' 3. 27) fehlt 3. 28) 'predica ' 1. 29) 'corroboratores' 1. 2. 30) 'reparatores' 1. 2. 31) 'pecuniae' 3. 32) 'ultra mod.' fehlt 2. 33) 'Cum autem' 2. 34) 'vidimus' 1. 35) 'quales et' 1. 36) 'aditantes' 1. 37) 'et comITU' fehlt 1. 38) 'mover' 1. 2. 39) 'non digna' 1, 'indigna' 2. 40) 'umbra serotinam' 3.